



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacrae Theologiae Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinque

Pallavicino, Sforza

Romæ, 1649

Cap. 2. De necessitate Gratiae ad omnem actum bonum, quatenus oritur ex necessitate fidei secundum aliquot, aut veriùs ex necessitate congruæ cogitationis. Et de discrimine potentiae inter naturam ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38987

C A P V T II.

De necessitate Gratia ad omnem actum bonum, quatenus oritur ex necessitate fidei secundum aliquos aut verius ex necessitate congruae cogitationis. Et de discrimine potetiae inter naturam integram & lapsam.

33 **A**liqui putarunt eam cogitationem, quae requiritur ad omne opus bonum morale esse fidem, ita ut nullum opus infidelium sit honestum. Sed haec sententia videtur reiecta in illa damnata propositione Baii omnia opera infidelium sunt peccata, & virtutes Philosophorum sunt vitia. Cum enim Baius ageret de actibus humanis,

nis
na
ga
fin
tes
fiti
ga
sto
Pa
sop
nia
De
ege
& t
nia
qu
rat
suf
qu
vid
reg

nis, & moralibus & cum dam-
nari non potuerit eò quòd ne-
garet cum sententià probabilif-
simà actus morales indifferen-
tes; reliquum est, vt ea propo-
sitio videatur dānata, quia ne-
gat in infidelibus actus hone-
stos . Videtur etiam contra
Paulum, qui ait veteres Philo-
sophos fuisse *inexcusabiles, quo-
niā cū cognouissent Deū, nō sicut
Deū glorificauerunt, aut gratias
egerunt, ergo poterāt id facere,
& si id fecissēt, honestè fecissēt.*

34 Cōfirmatur primò, quo-
niā cognitio illa implicita Dei,
quam habent omnes post vsū
rationis, vt supra ostendimus,
sufficit ad peccatum quando
quis operatur contrà id, quod
videt conformari cum primà
regulà; ergo eadem cognitio
suf-

sufficiet ad honestatem, quando quis operatur secundum id, quod videt conformari cum illa primà regulà. Confirmatur secundò, quoniam non potest dari libertas ad peccatum, quin simul detur ad actum bonum. Eatenus enim Deus potest velle concurrere ad actum peccaminosum, quatenus ea voluntas Dei disiunctiua requiritur, vt fiat possibilis actus bonus oppositus, nempe libera repudiatio peccati, ergò numquam est possibile alicui homini peccatum quin eidem sit possibilis aliquis actus bonus. Confirmatur tertio, quia eatenus aliquis peccat, quatenus non facit, vel non relinquit id, quod debet, atque adeò id, quod potest: at si quis faciat totum id, quod

quod debet facere, & omittat
totum id, quod debet omittere,
operatur rectè, atque adeò ho-
nestè, ergò quicumquè potest
peccare, potest operari hone-
stè.

35 Augustinus verò vbi in
infidelibus nullum actum bo-
num agnoscit, loquitur de bo-
nitate, qua homo fiat simpli-
citer bonus, hoc est simpliciter
aptus ad suum finem, qui est vi-
ta æterna. Id enim tantum
se intelligere nomine bonitatis
in hac quæstione apertè testa-
tur lib. 4. contra Iul. c. 3. impu-
gnabat enī Pelagianos, qui di-
cebant fidem repēdi à Deo bo-
nis operibus factis ante fidem
ex viribus naturæ & sine gra-
tià. Sicūt ergo Arist. 2. Eth. c. 4.
non appellat *operationē virtutis*
nisi

nisi illā, quæ prouenit ex habitu virtutis, atque adeò quæ nõ potest exire ab operante, nisi simpliciter bono, ita etiã Aug. aliquando non vocat *actus bonos* nisi illos, qui proueniunt etiam ex caritate, atque ita ex homine simpliciter bono; aliquando tamẽ vocat *actus bonos* etiam illos qui proueniunt saltem ex fide, atque ita qui per se disponunt ad bonitatem simpliciter. Cæteros *actus laudabiles naturales* vocat *officia*, non *bona opera*.

36 Vbi verò ipse in omnibus Ethnicis, quorum *actus laudabantur*, inuenit aliquam *mali- tiam*, & *inhonestatem*; intentum Augustini est probare, illos non fuisse simpliciter bonos, vbi Pelagiani contendebant, nec

ha-

habuisse simpliciter vllam virtutem secundum illam magis pressam definitionem virtutis, quod *bonum faciat habentem*, in qua acceptione nulla virtus potest coniungi cum vlllo vitio. Id vero colligitur praesertim ex lib. 4. contra Iulianum c. 3. vbi pugnat, non esse in infideli veram pudicitiam, quia anima infidelis secundum scripturas fornicatur à Deo: Quae probatio imbecilla esset, si spectaret ad obiectum peculiare pudicitiae, & non ad rationem generalem perfectae virtutis.

37 Constat verò ex his, neque cum Augustino, neque cum ratione congruere sententiam Gregorij, quod actus honestus dari nequeat, nisi in illis infidelibus qui habent cognitionem veri

veri Dei, cuiusmodi sunt Hæretici, Hæbræi, & Theistæ. Nostræ enim rationes vniuersaliter probant: & August. ea distinctione non utitur. Quare vel in omnibus concedit, vel in omnibus negat.

38 Neque valet quod obicitur, requiri ad honestatem actus vt referatur in vltimum finem, qui non est, nisi verus Deus. Nam responsio in præceptu est. Illa enim relatio, que requiritur, sufficienter fit dependenter à cognitione saltem confusâ, quam omnes habent de primâ regulâ, & de supremo quodam legislatore. Et cum hac primâ regulâ conformitatem quærunt ipsi idololatræ, si supponamus eorum errorem in aliquibus esse inuincibilem: videntur

lunt

lunt enim colere idolum, quia putant esse cōforme primæ regulæ vt idolum colatur: quare illum cultum referūt primariò in primam regulam, quæcūque illa sit. Et hæc est ratio, cur posito illo errore inuincibili peccarent si contemnerēt idolum; putarent enim se operari contra placitum primæ regulæ.

39 Requirit quidem omnis actus honestus etiam factus independenter à fide aliquod beneficium Dei speciale separabile à dono creationis. Videtur manifesta sententia D. Thomæ q. 24. de Veritate ar. 14. & ratio est, quoniam Deus potuisset innumeris alijs modis res ita ordinare, vt obtineret omnes alios fines à se intentos, quin occurreret nobis ea cogitatio
per

per quam videt nos benè operaturos, ergò est speciale beneficium Dei res ita ordinasse, vt hæc cogitatio occurrat. Et quidem est beneficium beneuolò animo collatum; nūquā enim Deus confert bonum, nisi animo beneuolò: ergò est verè gratia. Confirmatur id argumento familiari apud August. quia quicumque benè operatus est, agit speciales gratias Deo non tantum pro illà potentiā, quæ fuit cōmunis sibi, & malè operantibus, sed specialiter pro ipsà bonà operatione. Neque vllus fidelium veretur ne forte Deus nō mereatur istas gratias; ergò insitum est nostris mentibus, illud esse speciale Dei beneficium.

40 Rursus asserimus de fa-

cto

cto omnem operationem bonam esse beneficium re ipsa separatum, & distinctum à dono creationis, quamuis enim Deus potuisset vnico decreto vtrumque decernere, imò etiã statuere vt post primam rerum creationem præstaret tantum rebus concursum vniuersalem, ita vt ex solà primà creatione & ex casibus fortuitis ortis à voluntate creatà determinarētur omnia; tamen connaturalius, & congruentius fuit, vt exerceret in his rebus diuersa decreta. Connaturalius quidē, quia bona cogitatio est effectus, ad quem concurrat creatura; ergo connaturalius est prius decerni ipsius cogitantis creationem, & deinde bonam cogitationem secundum ea,

Q quæ

quæ diximus agentes de mu-
tuâ prioritate. Itē est congruen-
tius vt creatura postquam ac-
cepit esse, videat, & agnoscat
tanquam nouum Dei benefi-
cium ea, per quæ disponitur ad
benè esse. Et quidem ità con-
tingere (saltem regulariter) col-
ligitur ex alio argumento pari-
ter familiari apud Augustinum
hoc est ex oratione. Petimus enī
à Deo, vt faciat nos benè opera-
ri; sed non petimus illud decre-
tum, per quod nos creauit; &
ex aliâ parte compertum ha-
bemus, eiusmodi orationes nō
esse superfluas: ergò compertū
habemus cogitationem decer-
ni nobis per decretū distinctū,
& subsequens. Dixi, *saltem re-
gulariter*, nam ex oratione
non potest colligi ipsam primā

cogi-

cogitationem congruam ad orandum esse beneficiū à creatione re ipsà distinctum.

41 Ex rationibus hucusq. alatis colligitur insuper, hanc necessitatē beneficij diuini separabilis à dono creationis in ordine ad quemlibet actum honestum non esse propriam naturæ lapsæ, sed communem & puræ, & integræ, & Angelicæ; nam supposito quocūque statu Deus poterat ità ordinare circumstantias, vt ea numero creatura rationalis non haberet hinc, & nunc hanc cogitationem, cum quâ videt illam benè operaturam. Item colligitur non solùm de facto, sed etiam de possibili eam conclusionem esse vniuersaliter verā. Nec enim Deus potuit dare

Q 2 ali-

aliquod bonum speciale, ita ut non daret illud ex speciali beneuolentiâ, sed tantum ex prouidentiâ generali, & indifferenti. Probatur id, tum quia Augustinus semper hoc contingere supponit, tanquam lumine naturæ notum, neque utitur ullo scripturæ testimonio, ex quo probaretur id euenire de facto & non probaretur euenire de possibili. Videatur præsertim de corrept. & gratiâ c. 8. tum quia pertinet ad rationem summi Boni ut nullum detur bonum, cuius summum Bonum non sit causa per se, & quod bonum habeatur quasi fortuitum, ita ut creatura illud possidens nihil debeat creatori ratione illius.

42 Confirmatur, quoniam
idem

idem Augustinus infert tanquã
sequelã execrabile quod sancti
Angeli non habuerint bonam
voluntatem ab ipso Deo, sed à
seipsis; aliòquin inquit haberẽt
aliquid melius à se, quàm à Deo
Melior enim est actus bonus
quem haberent à se, quàm po-
tentia indifferens, quam habe-
rent à Deo, quod *absit*, inquit.
12. de ciu. c. 9.

43 Confirmatur secundò,
si enĩ cogitatio cõgrua ad actũ
bonũ naturalem potest dari, ex
solã generali prouidẽtiã, quam
exercet Deus vt Author natu-
ræ; cur non eodẽ modo poterit
accidere vt cogitatio congrua
supernaturalis detur ex merã
prouidẽtiã generali debitã na-
turæ eleuatæ, & non ex specia-
li beneuolẽtiã erga benè operã-

Q 3

tem?

tem? Et tamen Paulus nō tam docet, quā supponit per se notū, quòd nemo se discernit, & quòd nihil boni habemus, quod nō acceperimus, adeòq. increpat eos, qui gloriantur, quasi non acceperint. Ratio autem vniuersalis est, quoniam debemus tribuere Deo illa prædicata, per quæ conueniat Deo celebris definitio Anselmi. *Deus est, quo nihil melius excogitari potest.* At si Deus esset talis, vt creaturæ possent illi non debere omnia bona, quæ habent, & vt ipse posset non intendere in suis actionibus omne bonum, inde secuturū, posset cogitari aliquod melius Deo, hoc est, ens cui conuenirent eiusmodi prædicata dicentia ex suo conceptu simpliciter perfectionē:

ergò

ergò Deus de facto habet hæc prædicata .

44 Neq; obstat nostræ sententiæ, naturam humanam fore malè constitutam si nemini vnquam deberet obuenire aliqua cogitatio congrua, cum quâ benè operaretur, ac proinde aliquam cogitationē congruam esse debitam ex vi creationis: nam debitum vagum non tollit rationē beneficij, nisi quando id quod datur est minimū quod dari poterat. Deus verò vt bene S. Thom. i. parte q. 21. art. 3. in omnibus suis operibus exercet misericordiam. Nam inquit: *Ea quæ alicui creature debentur, Deus ex abundantia suæ bonitatis largiùs dispēsat, quàm exigat proportio rei. Minus enim est quod sufficeret ad cō-*

Q 4 ser.

seruandum ordinē iustitiæ, quàm quod diuina bonitas confert, quæ omnē proportionem creaturæ excedit. Adeòque nunquam dat cogitationē minimā inter congruas possibiles. Imò hæc non reperitur, cū actus honesti possint esse imperfectiores & imperfectiores in infinitū, tum ex minori, & minori bonitate obiecti, tum ex decremento aliarum circumstantiarū: semper ergò Deus dat vel cui determinatè nō debet, vel quādo adhuc nō debet, vel quantum adæquatè nō debet. Et est probabile non solum aliter fieri non posse moraliter, sed ne metaphysicè quidē; id enim videtur pertinere ad maiorem Dei perfectionē, vt ipse nō possit exercere iustitiam sine admixtione misericordiæ, ac

pro-

proinde vt id, quod debet, non sit aliquid minimum determinatum, sed sit aliquod disiunctum inter infinita syncategorematicè minora, & minora. Et porrò supradicta obiectio, quâ conantur Aduersarij probare, dari de facto aliquam cogitationem congruam ex debito creationis, & non ex speciali beneuolentiâ probaret etiã dari aliquã cogitationem cõgruã supernaturalẽ ex generali providentiâ eleuationis, quod ne Aduersarij quidem admittunt.

45 Neque valet alia quædam instantia huiusmodi. Si Deus non potuit dare cogitationem congruam nisi ex speciali beneuolentiâ, ergò videt cuiuslibet cogitationis cõgruitatem, vel incongruitatẽ non

Q. 5 per

per scientiam liberam, sed per
scientiam necessariam, vel enim
videt cogitationem dandam
sub hypothese specialis bene-
uolentiae, & est necessariū vt sit
congrua; vel videt talem cogi-
tationem dandā sub hypothese
contraria, & est necessarium
vt non sit congrua. Quidquid
enim sit de veritate consequen-
tis, quod pendet à quæstione
de efficaciā gratiæ, certè con-
sequentia nō tenet. Illa enim
specialis beneuolentia non vi-
detur ex parte conditionis, sed
ex parte conditionati: hoc est,
Deus cognoscit: *si de dero talē co-
gitationem, dabo illā ex speciali
beneuolentiā, & erit congrua.*
Quæ veritas non est necessaria,
sed cōtingens, & pēdēs ab hoc,
quòd voluntas sit liberè benè
ope-

operatura cū illa cogitatione.

46 Neque etiam nostræ assertioni obstat damnatio huius propositionis Baij, *liberum arbitrium sine gratiæ Dei adiutorio nō nisi ad peccandum valet*. Duplex enim datur potentia, alia antecedens, per quam e. g. potest amare ille, qui actu non amat; habet enim principium adæquatum coniungibile cum amore si præscindamus omnem id, quod cōsequitur ad eius potentiam, hoc est, si præscindamus omissionem amoris. Alia est potētia consequens, per quā dicitur is, qui actu non amat amare non posse, quia in sensu composito cum illà omissione, quam habet, & quam posset non habere, nō potest amare: sed hæc impotentia, conse-

Q 6

qui-

quitur ad exercitium liberum,
suæ potentia. Illa prior poten-
tia solet vocari potentia simpli-
citer; quia est causa actus: &
hanc potentiã negabat Baius,
per *ly non valet* ponens in libe-
ro arbitrio non adiuto per spe-
cialem Dei gratiam, necessita-
tem peccandi. Cæterum de
impotentia consequente, quam
nos asserimus ad exercendum
actum bonum sine speciali Dei
beneficio, habetur optimum
testimonium Concilij Arausi-
cani secundi Can. 22. vbi dici-
tur, *neminem habere de suo, nisi
mendacium, & peccatum*: ergo
nemo habere potest potentia
consequenti actum bonum de
suo: potentia inquam consequen-
ti; nam hoc ipso, quod haberet
actum bonum, illa cogitatio es-
set

set congrua, atque ita daretur
ex speciali Dei beneuolentià :

47 Quamuis verò conce-
damus in ordine ad potētiam
antecedentem esse magnam
inæqualitatem inter naturam
integram, & lapsam, in neu-
trà tamen est beneficium Dei
distinctum à creatio ne, conser-
uatione &c. habere potentiã
physicam ad seruãdam legem
naturalem: quia sicut illa lex
est debita naturæ; ità etiam est
debita potentia illam seruandi,
quandoquidem nemo tenetur
ad impossibile sibi. Potentia
tamen, quam habuit primus
homo ad seruandam legem
sibi impositam, fuit donum spe-
ciale, vt constat ex Augustino
de corrept. & gratiã, cap. 11. *sc̄*
autem, inquit, hoc adiutorium
vel

374 *Liber Secundus.*
vel Angelis, vel homini quàm
primùm facti sunt, de fuisset, quo-
niam nõ talis natura facta erat,
vt sine diuino adiutorio posset ma-
nere si vellet, non utique suà cul-
pà cecidisset. Quæ verba profe-
ctò loquuntur de potentià an-
tecedenti; potentiam enim cõ-
sequentem Adamus non ha-
buit, vt potè qui peccauit; Et
quidem loquuntur de potentià
physicà illa enim est ea poten-
tia, sine quà non datur culpa.

48 Gratia tamen hæc non
fuit in collatione huius poten-
tiæ ex suppositione præcepti;
non enim potest imponi præ-
ceptũ sine potentià, sed in col-
latione potētiae simpliciter, per
quam homo posset recipere, &
implere præcepta supernatura-
lia. Coeterùm fuit magnum
dis-

discrimen, vt diximus circà potentiã antecedentem inter naturam integram, & lapsam; nã in ordine ad naturalia, habebat natura integra potentiam antecedentem non solùm physicam, sed moralem seruandi omnia præcepta etiam leuia, non distinctã à beneficio, quod fuit ponere hominem in tali statu. Cum enim homo haberet partem inferiorẽ superiori plenè subiectam, arbitrium inclinatum ad bonum, magnam scientiam, cùmque non posset tentari à Dæmone nisi exterius; non apparet cur etiam in leuibus inueniret difficultatem insuperabilem, & ita defatigantẽ, vt ea moraliter ab aliquibus non posset non vinci in totã vitã. Quod multò certius est si
su-

supponamus sententiam D.Th. quod natura rationalis integra seu Angelica, seu humana non potuerit peccare venialiter eò quòd nō potuerit errare in medijs, donec retinuerit voluntatem benè inclinatā ad finē.

49 Hanc potentiam moralem vitandi omnia peccata nō habemus sine speciali gratiā in naturā lapsā, ne in ordine quidem ad grauia: & ideò ait Augustinus epist. 107. nos granditate primi peccati perdidisse libertatem ad diligendum Deū, quòd porrò non intelligitur de quacumq. dilectione, sed de dilectione super omnia naturali, quam fuisse possibile primo homini ante peccatum sine auxilio addito naturalibus bonis docet S.Th. 1. 2. q. 109. art. 3.

fine

sine hac enim dilectione non
seruatur tota lex, cuius plenitu-
do dilectio est.

50 Etporrò cum inter infi-
deles adeò pauci sint ex tot mil-
libus millium, qui quamuis ad-
iuti aliquà speciali gratià per
Christum, nunquam mortali-
ter peccent, vtique colligere li-
cet, id sine vllò speciali adiuto-
rio esse moraliter impossibile.
Cuiusrei rationem à priori pos-
sumus desumere ex S. Th. dictà
q 109. art. 8. omnis enim adul-
tus saltē per se, vel est in gratià,
vel cōmisit peccatum mortale.
Si est in gratià, habuit speciale
auxilium. Si cōmisit peccatum
mortale, nō potest (vt benè pro-
bat S. Doctor) diù in eò statu
abstinere à nouo peccato mor-
tali: dum enim peccauit morta-
liter

liter, constituit sibi suum finem
vltimum propria cōmoda, &
non honestatem, ac Deū. Vnus-
quisque autē si longo tempore
operatur, operatur aliquando
secundū finem præconceptū,
nisi illum mutet. Cum ergò tot
incidant occasiones peccandi
mortaliter propter propria com-
moda, nisi mutauerit finem
præconceptū, identidē peccabit
iterum. Si verò illū mutet, hoc
ipsò habet gratiā specialē, &
nō manebit in peccato morta-
li, ad hanc enim mutationē re-
quiritur auxilium speciale, quo
possit amare Deū super omnia:
& quia hic amor suppositā ele-
uatione nature humanæ ad fi-
nē supernaturalē, non datur nisi
supernaturalis, & iustificās, mū-
dabitur à peccato præterito.

Quæ

SI Quæ ratio valet pariter
si in posterum abstineat is à
nouis peccatis per solam attri-
tionem: quoniam mutatur e-
tiam aliquo modo finis ille
præconceptus per attritionem,
non quidem *finis cui*, sed *finis*
qui. Præfertur enim immunitas
à poenis æternis cuiuscumque
commodo temporali: quæ at-
tritio efficax & requirit gratiã
Dei specialem vt elici possit &
iustificat cum Sacramẽto, quo
non potest diu carere sic attri-
tus nisi per accidens: Quare
vt benè Caietanus, per se, & à
cõmuniter contingentibus ve-
ra est Diui Thomæ doctrina,
quod existens in peccato mor-
tali non potest longo tempore
perseuerare sine nouo peccato
mortali.

CA-